UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Theodotus M. S. Thecusa & soc. V. M. S. Ericus Rex & M. 18. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Theodotus M. Ancyranus, per mercaturæ ſpeciem pauperum neceſſitatibus ſuccurrebat, cum magiſtratus edicto cautum eſſet, vt edulia venalia Dijs offerrentur. Idem carceres SS. diligentiſſime inviſens ad conſtantiam hortabatur, & quapoterat re eputabatur. Denique ob SS. Martyrum ſepulturam martyrij Coronam recepit.

2 S. Thecuſa, amita S. Theodoti M. vnà cum ſex alijs Virginibus illæſa à proſtitutione, lapidibus ad Colla ligatis demerſæ in palude à B. Theodoto hortatore ſepultæ, occaſionem Martyrij eidem reddiderunt præmium humanitatis.

3 S. Ericus Sueciæ Rex & M. patriæ & pauperũ pater libidinis æſtus glaciali aqua ſuperauit, Finlandiæ fidem etiam armis intulit, Denique paſchæ feſto ſub liturgia, etiam ipſe hoſtia Deo oblatus eſt.

S. Theodotus M. S. Thecuſa & ſoc. V. M.
S. Ericus Rex & M. 18. Mai.

Dilectio inimicorum.

Dilectionem firmi Chriſtiani nulla vincunt tormenta. *Ambroſius*

Deus, qui B. Theodotum M. (BB. Thecuſam & Socias VV & MM B. Ericum R. & M) mirificaſti in terris, & glorioſum in cælis feciſti, eundem quæſumus Eccleſiæ tuæ conſtitue defenſorem. Per D. N. Jeſum Chr. &c.

Ora pro Regibus Chr. &c

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN